

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2107

Auteur(s) : Gervais le Pelletier, de Louviers [particulier]

Bénéficiaire(s) : Évreux, Saint-Taurin (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1258, août

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Gervais le Pelletier, de Louviers, vend aux abbé et religieux de Saint-Taurin, moyennant huit livres douze sols tournois, dix-huit sols tournois de rente annuelle sur la maison et mesure de Robert Bequet, situées entre la mesure de Nicolasse fille de Jean Pastey, et celle dudit Gervais le Pelletier.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bonnin Théodore, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissey, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° CCXXI, p. 264-265.

Texte établi d'après a

Noverint universi tam presentes quam futuri, quod ego, Gervasius Pelliparius, de Locoveris, vendidi et concessi et hac presenti carta confirmavi viris religiosis abbatii et conventui Sancti Taurini Ebroicensis decem et octo solidos turonenses annui redditus super domum et masuram totam Roberti Bequet ; que domus et masura site sunt inter masuram Nicholae filie Johannis Pastey, ex una parte, et masuram predicti Gervasii ; et super duas partes domus Rogeri le Selier, que sita est inter domum et masuram Ricardi Vesdie, dominique regis quemimum ; reddendo eisdem religiosis predictum redditum annuatim ad terminos inferius annotatos, videlicet, sex solidos ad festum sancti Remigii et sex solidos ad Natale Domini, et sex solidos ad festum sancti Johannis Baptiste. Tenendum et habendum et in perpetuum possidendum dictis religiosis predictum redditum libere, bene, pacifice, quiete et absque ulla reclamatione mei vel heredum meorum de cetero. Tenemur insuper eisdem religiosis predictum redditum contra omnes in omnibus curiis ad usus et consuetudines Normannie ego predictus Gervasius et heredes mei garantizare, vel eisdem, si necesse fuerit, valore ad valorem faciemus excambium in nostra hereditate melius apparenti ; et totum dampnum quod inde habebunt eisdem de nostro proprio refundemus. Licebit autem dictis religiosis in domibus et masuris prenotatis super quibus redditus predictus debetur justiciam facere omnimodam pro defectu redditus supradicti. Pro hac autem venditione et presentis carte confirmatione, dicti religiosi dederunt mihi octo libras et duodecim solidos turonenses, de quibus habeo me pro pagato.

Ut hoc autem firmum et stabile teneatur in futuro, presens scriptum sigilli mei munimine confirmavi in majus testimonium veritatis.

Datum anno Domini M^o CC^o quinquagesimo octavo, mense augusti.

Hii testibus : Rogero de Martreyo ; Alano Famulo ; Ricardo Fabro, Guillelmo le Caron, et pluribus aliis.